

Drachm. tres, Cinnamomi Drachm. unam, Cubebarum, Cardamomi as Scrup. quatuor, Macid., Cornu Cervi usci as Drachm. duas, Rhapont. veri Unc. semis, Rhei Drachm. unam et semis, Crem. Tartari Drachm. tres, Sacch. candi albi Unc. quatuor semis.

**PULVIS VOMITIVUS SCHERFII.**

Rec. Tartar. emet. part. unam, Rad. Ipecacuanh. part. duas.

**PULVIS VVARVICENSIS = Pulvis Cornachinus.**

**PULVIS ZINCI OXYDATI ALBI AUGUSTIN.**

Rec. Flor. Zinci Gran. duodecim, Sacch. albi Drachm. unam. M., div. in sex part. aeq. — Vel: Flor. Zinci Gran. unum, Laud. Liq. Sydenh. Gutt. unam, Sacch. albi Scrup. unum. M., dent. tal. dos. q. pl.

**PULVIS ZINCI SULPHATIS COMPOSITUS**  
Hosp. St. Barthol.

Rec. Vitrioli albi, — coerulei, Alumin. usci as Unc. semis, Camphor. Drachm. unam et semis.

**PURGATIVUM GRANDII.**

Rec. Arcani duplicat. Drachm. sex ad octo, Infusi Cichorii Unc. viginti, Mannae in lacrymis Unc. duas.

**PURGATIVUM DE LE ROY.**

**VOMITO-PURGANS.** Rec. Vini albi generos. Libr. quinque et Unc. quatuor, Fol. Senn. Unc. quatuor, f. infusio frigida per 3 dies, cola hujus vini Unc. sedecim adde Tart. emet. Drachm. unam.

Purgans I. Rec. Scammon. Unc. unam et et semis, Pulv. Rad. Turpeth. Drachm. sex, — Jalapp. Unc. sex, Spir. Vin. rect. Lib. sedecim, infunde in balneo Mariae per horas 12, adde Syrupum ex Fol. Senn. Unc. sex, Aq. ferv. Libr. duabus, Sacch. albi Libr. quatuor paratum.

Purgans II. Scammon. Unc. duas, Pulv. Rad. Turpeth. Unc. unam, Jalapp. Unc. octo, Spir. Vini rect. Libr. sedecim, digere, cola adde Syrupum ex Fol. Senn. Unc. octo, Aq. ferv. Libr. duabus et semis, Sacch. alb. Libr. tribus et semis confectum.

Purgans III. Scammon. Unc. tres, Pulv. Rad. Turpeth. Unc. unam et semis, Pulv. Jalapp. Libr. unam, Spir. Vini rect. Libr. sedecim, infunde, digere, cola, adde Syrupum ex Fol. Senn. Libr. una, Aq. ferv. Libr. quatuor, Sacch. alb. Libr. duabus et semis paratum.

Purgans IV. Scammon. Unc. quatuor, Pulv. Rad. Turpeth. Unc. duas, — Jalapp. Unc. sedecim, Spir. Vini rect. Libr. unam, infunde, digere, cola, adde Syrupum ex Fol. Senn. Unc. sedecim, Aq. ferv. Libr. quatuor et semis, Sacch. alb. Libr. duabus paratum.

**PURPURA CASSII, Stannas Auri, Aurum stanno paratum. Cassius Goldyurpur.**  
*Pourpre de Cassius.*

Rec. Auri muriatici partem unam, dissolve in aquae dest. part. ducentis; scorsim recipe

Stanni puri partem unam, in frigore dissolve in Acidi nitrici parte una, et Acidi muriatici partibus duabus, antea mixtis, adde Aquae de stillatae part. centum, et solutionem stanni per portiunculas in solutionem auream infunde, quamdiu Praecipitatum gignitur; hoc seponatur per quietem et liquor decantheatur. Aliquoties abluator per decantationem. Praecipitatum lenissimo calore sicca. Ph. Gall. 1837 recepit.

**PYROTHONIDUM DR. RANQUE.**

Rec. Pannos linteos, cannabinos, gossypinos vel chartam scriptoriam, accende ad aerem librum, vaporem et fumum ascendentem vase refrigeratorio condensa et liquidum condensatum tripla vel quadruplicata copia dilue. Est liquidum acidulum, empyreumaticum, paucis abhinc annis in ophthalmia chronica commendatum.

**QUASSITUM. Quassit. Quassite.**

Principium dicitur chemice distinctum in ligne Quassiae contentum, cui amaritatis summa atque virtutes medicinae hujus ligni deberi dicuntur. A Wiggesio primum purum exhibutum est. Tali modo praeparatur. Lignum Quassiae repetita coctione cum aqua plane exhaustur. Decocta filtrata inspissatur donec quadrantes tres ponderis Ligni adhibiti efficerent, Tum adjiciatur Lactis calcarei copia sufficiens, et miscela aliquoties bene concussa per diem seponatur, liquidum innatans separatur et pulv. calcarea ablatur et rejiciatur. Liquida filtrata ad siccum fere evaporet, residuum cum Spiritu Vini rectificatissimo tractetur, a quo Quassitum dissolvitur. Gummi vero, Sal commune et Nitrum relinquuntur. Solutio spirituosa destillatione subjiciatur usque ad siccum. Ut materiae coloratae penitus secernantur repetita solutione in Spiritu Vini, mixtione cum Naphtha Vitrioli, a qua materiae coloratae secernuntur, et inspissatione opus est. Quassitum in Aqua, Spiritu et Naphtha solubile est.

**QUATUOR SEMINA CALIDA; et frigida majora et minora vid. part. I, p. 356.**

**QUINIUM = Chinium.**

**QUINQUE HERBÆ EMOLLIENTES, — capillares, Radices aperientes vid. part. I, p. 356.**

**RADIX ARI PRAEPARATA Ph. Wirt.**

Radix Ari primo vere collecta, cultello ebureo in orbicularis dissecuratur, cum vigo albo per 24 horas maceretur, tum, defuso vino, in clibanio plane siccescat.

**RATAFIA, Liqueur, Ratafia dicuntur liquores spirituosi, Saccharo edulcorati, cum Aromatibus, Balsamis, Oleis et conditi. Hominibus palati delicioris atque fastidiosi magis arrident, quam aegroto. At quidem interdum viribus salutaribus gaudent, quare specimenia pauca proferre ausus sum.**

RATAFIA ABSINTHII HENRY-GUIBOURT.  
Wermuth-Bitter. *Extrait d'Absinthe.*

Rec. Herb. Absinth. Libr. quinque et Unc. quatuor, Bacc. Junip. Unc. octo, Cinnamom. Unc. duas, Rad. Angelic. Unc. semis, Aq. Vitae 20°. Libr. viginti duas. Macera per dies 15, destillando abstrahere Libr. duodecim, tunc cohobando elice igne moderato Libr. decem 32°. Dein Rec. Spir. Absinth. comp. Unc. quinquaginta sex, Aq. pur. Unc. quadraginta, Aq. Naphae Unc. sex, Sacch. albiss. Unc. quadraginta, Album Ov. N° unum. Solve Sacch. in Aqua, adde Aquam Naphae cum Albumine Ov. conquassatam, misce cum Spiritu et in baln. Mariae calefac. Post refrigerationem filtra.

RATAFIA ANGELICAE.

Rec. Stipit. Angelic. rec., Amygdal. amar.  $\frac{1}{2}$  Unc. quatuor, Sacch. alb. Libr. quinque, Aq. Vitae 22° Libr. quindecim, Aq. fluvial. Libr. sedecim. Cont. macera per dies 4, adde Sacch. et post dies 12 filtra.

RATAFIA ANGELICAE ET CORIANDRI COMPOSITA VESPSTRO

Rec. Sem. Angelic Unc. duas, — Coriandr. Unc. unam, — Anis., — Foenic.  $\frac{1}{2}$  Drachm. duas, Aq. Vit. 22° Libr. quinque et Unc. quatuor, Aq. pur., Sacch. alb.  $\frac{1}{2}$  Unc. sedecim. Semina macerentur in Aq. Vitae per dies octo et colatura adde Sacch. in Aqua solutum; tunc filtra.

RATAFIA ANISI.

Rec. Sem. Anisi Unc. unam et semis, Aq. Vit. 24° Libr. quatuor, Aq. pur. Libr. duas, Sacch. Libr. tres et semis.

RATAFIA BALSAMI DE TOLU.

Rec. Bals. de Tolu Unc. duas, Aq. pur. Unc. viginti quatuor. Digere in baln. Mariae per horas 2, a sedimento decantha et adde Sacch. albiss. Unc. viginti quatuor, Spir. Vin. 24° Unc. triginta duas. Post solutionem filtra.

RATAFIA CASSIAE FISTULAE.

Rec. Cassiae Fist. enucleat. Libr. octo, Aq. Vit. Libr. viginti duas, Sacchar. Unc. quinquaginta quatuor, Caryophyll. Drachm. unam, Cinnamom. Drachm. duas. Macera per dies 15 cola et filtra.

RATAFIA CERASORUM COMPOSITA.  
*Marasquin de Zara.*

Rec. Spirit. Cerasor. fermentat. parati (Kirschenwasser) Unc. tres, Spir. Rub. Idaei Unc. duas, Spir. Vini 36° Unc. octo, Aq. pur. Unc. viginti quatuor, Sacch. albiss. Unc. sex. Solve et filtra.

RATAFIA COFFEAE. *Ratafia de Café.*

Rec. Coffeae Mocc. tost. Unc. sedecim, Aq. Vitae 20° Libr. decem. Post dies 8 macerationis adde Colatura Sacchar. alb., Aquae  $\frac{1}{2}$  Unc. viginti et filtra.

II.

RATAFIA COFFEAE DESTILLATA. *Crème de Café.*

Rec. Coffeae Mocc. tost. Unc. triginta duas, Aquae Vit. 22° Libr. viginti septem. Macera per dies octo destilla in baln. Mariae Libr. quatuordecim, denuo residuo affunde et leni igne Libr. duodecim cohabita. Tunc admisce Sacchar. alb. Libr. sex et Unc. octo in Aq. Libr. decem solutas et filtra.

RATAFIA CROCI COMPOSITA. *Scubac.*  
*Escubac ou Scubac.*

Rec. Croci Unc. duas, Jujub. Unc. quatuor, Dactyl., Passular. min.  $\frac{1}{2}$  Unc. tres, Semini. Anis. — Coriandr., Cinnamom.  $\frac{1}{2}$  Drachm. unam, Aq. Vit. 22° Libr. decem, Aq. pur. Libr. duas et Unc. octo, Sacchar. Libr. quinque et Unc. quatuor. Cont. macerentur per dies 15, cola, adde Sacchar. in Aq. solutum et filtra.

REGULUS ANTIMONII MARTIALIS, Stibium venale. *Eisenhaltiger Spiegelglanzköning.* *Regule d'Antimoine martial.*

Rec. Antimonii crudi grossiuscule pulverati Libras decem, Ferri limati Libras quatuor et Uncias tres, Natri carbonici siccii, Salis communis  $\frac{1}{2}$  Unciam unam, pulverata intime misce et dimidiam miscelae partem in crucibulum Hassiacum ingere, quod ea plane repleatur. Crucibulum in furnum anemium rite in fragmento lateris colloca, et igne ab initio leni, sensim ad calorem bene rubicundum augendo, liqua. Crucibulum sit bene obtectum crucibulo inverso, vel fragmento lateris. Quando massa penitus liquata fuerit, et in fundo crucibili subderit, partem miscelae residuum in crucibulum ingere et simili operatione funde. Massam fusam in conum fusorium, creta interne illatum, effunde, et subsidentiam reguli ictibus mallei levibus adjuva. Post refrigerium massam totam excute et regulum mallei ope a scoris separa. Si conus fusorius non tibi est in promtu, massam in crucibulo fac refrigerare, et crucibulum postea disfrange, ut regulum inferne collatum obtineas.

Sit regulus crystallinus, lamellaris, nitorem metallicum multum exhibens, in mortario facile in pulverem vertatur.

Codices veteres plerumque Ferrum limatum et Antimonium crudum, absque conditione ulteriore, vel Nitro tantum adjecto, liquari praeceperunt. Sed hac methodo non parva Antimonii jactura efficitur, quia Ferrum sulphuratum difficulter funditur et Antimonium multo calore comburitur atque dissipatur. Praeterea pondera specifica Ferri sulphurati et Reguli Antimonii non satis discrepant, quam ut eito stratificarentur. Adjecto Natro carbonico Natrium sulphuratum efficitur, quod connubium habet cum Ferro sulphurato et scoriam fusibilem leviores reddit. Sal com-

mune meo consilio, at experimentis fultus, adjeci, quippe quod fusionem bene promovet, et stratum efficit superum, aëris adiutum plane paecludens. In crucibulo diffracta tria strata reperiuntur, inferum scilicet regulus, medium scoria sulphurata, superum Sal commune. Facillime regulus separatur. Scoria sulphurata per noctem humorem ex aëre abripit et in pulverem dilabatur, quo fit ut regulus mundatus exeat.

Hac methodo obtineantur partes centesimae 60 ad 64 ponderis Antimonii crudi, et minimo sumtu. Antimonium quondam ex Antimonii erudi partibus quatuor, Tartari erudi partibus tribus et Nitri parte una et dimidia fusione praeparari solebat. Ex hac miscela Antimonii nonnisi partes centesimae 27 obtinentur, et Nitro omissio 45. Hanc ergo regulam commendare non licet.

### REGULUS ANTIMONII MEDICINALIS. Gereinigter Spiegeln König. *Antimoine purifié.*

*Synon.*: Stibium repurgatum, Reines Spiegeln.

Rec. Reguli Antimonii martialis  
Uncias sedecim,

liqua in crucibulo et adjice  
Antimonii crudi pulverati

Unciam unam,  
miscelam fusam bene exagita  
cum stilo argillaceo fumisugii.  
Obiecta rubescant. Tum adjice

Natri carbonici siccii Uncias  
duas,

et iterum totum bene exagita  
ope stili argillacei, obiecta  
fluant per horam.

Regulum effunde et residuum  
ex crucibulo exime, tum in pul-  
verem redige, adde

Natri carbonici siccii Unciam  
unam et dimidiad,

et denuo liqua in crucibulo novo  
per horam.

Regulum obtentum iterum  
pulvera, adde

Natri carbonici siccii Unciam  
unam

et tertium liqua per horam in  
crucibulo novo. — Regulum  
nunc obtentum serva.

Sit regulus nitoris metallici albi, nec tamen argentei sed paullum in griseum vergentis, ponderis specifici 6,7 ad 6,8. Duritiem non magnam monstrat, et contundendo facile in pulverem vertitur. Liquatur in calore obscure rubi- cundo. Pulvis reguli cum Nitro deslagratum residuum album, nec flavum relinquat. Acidum nitricum purum, ab Antimonio oxydando residuum et de- canthatum cum Solutione Kali borussici neque precipitatum coeruleum (a Ferro), neque rubro fuscum (a Cupro) demittat. In frustulo carbonis ligni ope tubi ferruminatq; ignitum odorem al- liaceum Arsenici minime exhalet.

*Usus*: per se nullus, sed pro praeparationibus pharmaceuticis. Saepius vero in praeparatis antimonialibus tales methodi adoptantur, quibus ipsis metalla heterogenea excernuntur. Tunc licet Regulum Antimonii martiale vel crudum, vel ipsum Antimonium crudum adhibere.

WOEHLERUS praecepit Reguli Antimonii crudi partes decem, Nitri partes duodecim, et Natri carbonici siccii partes quindecim in crucibulo deslagrari, residuum lavari, et siccatum Fluore nigro reduci in statum metallicum.

Ph. Gall. 1837 praecepit Regulum Antimonii venalem in pulverem redigi, hunc in tessera fictili tenuiter expandi et igne sensim augendo aëris accessu oxydari. Hoc incandescens sponte incipiente et desinente cognoscitur. Suboxydum tali modo paratum in crucibulo teeto fluat calore quam poterit lenissimo. In crucibulo re- frigerato diffraecto regulum repertus in fundo, quadrantem fere Reguli erudi ad- habiti, et stratum superiorius Oxydum Anti- monii metalla continens heterogenea regulo crudo ante immixta. Oxydum tali modo paratum multos in usus inservit.

### REGULUS ANTIMONII LAEVICATUS. Ge-pulvretes Spiegeln. *Antimoine pulvresi.*

Rec. Reguli Antimonii medicinalis q. v., in mortario ferreo fuso contunde in pulverem, quem per cribrum trahice; residuum iterum contunde donec totum per cribrum transeat. Pulveris obtenti portiunculam in mortarium marmoreum immitte, adde Aquae sufficientem copiam ad pulsis consistentiam, et optimè contere cum pistillo marmoreo satis bene desuperne presso. Adde Aquae majorem vim, exagita, et pulverem subtilissimum suspensum cito ef- funde in vas alterum. Tali modo perge donec maxima pulvis pars contrita atque elutriata fuerit. Sedimentum in vase altero agitatione

iterum subleva et elutriatione in filtrum vel colatorium linteum madefactum conjice, et aqua eguttata cito exsicca.

Est pulvis subtilissimus aequabilis coloris griseo-coerulei, digitos vehementer inquinans, micas crystallinas nonnisi exiguae exhibens.

#### REMEDIUM ANTIARTHriticum PRADIERI.

Rec. Bals. de Mecca Drachm. sex, Chin. rubr. Unc. unam, Croci Unc. semis, Salviae, Sarsaparilli.  $\frac{1}{2}$  Unc. unam, Alcohol. Libr. octo. Solvatur Bals. in tertia parte Alcoholis et in reliquo Alcoholre digerantur Spec. per tres dies. Tunc filtra et misce.

$\dagger$  REMEDIUM ANTICANGROsum HELL-MUNDI. Hellmund's Mittel gegen Gesichtsfebeß.

Rec. Cinnabar. Drachm. semis, Cinerum sollearum calcinat, Sanguin. Dracon.  $\frac{1}{2}$  Gran. quatuor, Arsenici albi Scrup. semis, f. pulv.; protinus recipe Balsami Peruv., Extr. Conii macul.  $\frac{1}{2}$  Drachm. unam, Sacchar. Saturn. Scrup. unum, Laudan liquid. SYDENH. Scrup. semis, Ungt. cerei Unc. unam, f. unguentum; hujus Unguenti Drachm. unam et pulveris supra praescripti Gran. unum et semis misce

#### REMEDIUM ANTIDIABETICUM REDFARN.

Rec. Chinalia rubr. Unc. unam, Alumin. ust. Drachm. tres, Ciner. clavell. depur. Drachm. duas, Petrolei q. s. ut fiat electuarium.

#### REMEDIUM ANTHYDROPICUM PIERO.

Rec. Croci Mart. adstr., Antimonii crud. laev.  $\frac{1}{2}$  Unc. unam, Scammonii Unc. quatuor, Alcohol. q. s., Syr. Limonum Libr. quinque et Unc. quatuor.

#### REMEDIUM ANTIPHTHISTICUM COTTE-REAU.

Rec. Aquae Chlori Gutt. quinque et progres- sive ad sexaginta, infunde in lagenam tubulis duobus instructam et aquae graduum Therm. Reaum. 30 calidæ Uncias sex continentem, per alterum tubum in os receptum animam duc in pulmones. Haec operatio sexies vel septies re- petatur indies per quinque ad sex minuta ho- rae spatia.

#### REMEDIUM ANTIPHTHISTICUM ADAIRII.

Rec. Vitrioli de Cypro Gran. decem, Spiritus Vitrioli Gutt. decem, Aquae Unc. quinque.

#### REMEDIUM ANTIVENEREUM MITTI.

Rec. Fol. Juglandis Unc. unam et semis, Rad. Jalapp. Unc. unam, Hb. Angelicæ; — Cardui bened., — Saponar.  $\frac{1}{2}$  Unc. quatuor, fiat in fundendo extractum aquosum, quod evaporando in pilulas granorum sex dividatur.

#### REMEDIUM ANTIVENEREUM PRYRILHE.

Rec. Syr. Cichor. cum Rheo Unc. duas, Syr. Stoecad. Unc. quatuor, Sal. volat. Corn. Cerv. probe rectif. Drachm. unam ad unam semis, Aquae font. Unc. decem. Alia formula: Herb. Meliss. Unc. quatuor, Fol. Sennæ Unc. semis. Infunde cum Aq. font. Libr. uoa, stent in vase clauso, loco calido per horam, colatura adde

Sacch. alb. Unc. quatuor, Sal. volat. Corn. Cerv. rectif. Drachm. unam.

REMEDIUM CHRISTIANI vid. Infusum Ci- ceris (p. 483).

#### REMEDIUM DIVINUM F. HOFFMANNI.

Rec. Plumb. acet. Drachm. unam. Solve in Ol. Terebinth. Unc. quinque et adde Campho- rae Scrup. semis.

#### REMEDIUM CONTRA DOLOREM DEN- TIUM HORNI.

Rec. Ol. Caryoph. Scrup. unum, Tinct. Opii Scrup. semis, Liquor. anodyn. min. Hoffm. Drachm. semis.

#### REMEDIUM CONTRA DOLOREM DEN- TIUM WEBERI.

Rec. Tinct. Ratanh. Unc. unam, Spir. Ser- pyll., — Cochlear., — Lavend.  $\frac{1}{2}$  Unc. semis, Naph. Acet. Drachm. unam, Liq. Ammon. caust. Drachm. tres.

REMEDIUM CONTRA FUNGOS VENENO- SOS vid. Elixir antarthriticum (p. 285).

#### REMEDIUM CONTRA TAENIAM MAT- THIEUX.

Rec. Limat. Stann. ang. pur. Unc. unam, Pulv. Rad. Filic. mar. Drachm. sex, Pulv. Sem. Cyn. Unc. semis, Pulv. Rad. Jalapp. resin., Sal. polychrest. SEIGNETT.  $\frac{1}{2}$  Drachm. unam. M. f. cum Mell. commun. s. q. electuarium. Alia formula: Pulv. Rad. Jalapp. resin., Sal. polychrest.  $\frac{1}{2}$  Scrup. duos, Pulv. Scammon. Alepp. Scrup. unum, Pulv. Gum. Gutt. Gran. decem. M f. cum Mell. comm. electuarium.

REQUIES NICOLAI vid. Electuarium Re- quies NICOLAI (p. 377).

### RESINA JALAPPÆ. Ja- lappenharz. Résine de Jalap.

Synon.: Magisterium Jalappæ, Extra- ctum Jalappæ spirituosum.

Rec. Radicum Jalappæ in pulve- rem grossiusculum redactarum quantum vis; in cucurbitam vel vesicam destillatoriam immissis infunde miscelam parium vo- lumen

Spiritus Vini rectificatissim et Aquae communis, ut radices plane irrigatae ea ob- tegantur.

Massa calefiat in balneo Aquæ vel leni igne ad ebullitionem, tum per horas aliquot in dige- stione calida obtineatur. Pul-

tem liquidam adhuc calidam in prelo torculari fortiter exprime ex sacculo linteo. Radicibus residuis denuo infunde miscelam parium voluminum Spiritus Vini rectificatissimi et Aquae, coque, digere et exprime uti mox expositum est. Radices alterum expressas Aqua communi leviter irrora et tertium exprime, ut Spiritus Vini et Resinae vestigia ultima extrahas. Liquores duos priores sepone ad subsidentiam, quia difficulter per chartam transeunt; in sequente die liquorem limpidum decantha in vas destillatorium, residuum liquorem et expressum tertium separatim filtra per chartam, et liquor priori in vase destillatorio adjice, Aquam vero nullam adde.

Spiritum Vini destillatione evoca, phlegma ex vase destillatorio effunde in Aquam frigidam, liquidum aquosum rejice, et resinam tenacem cum Aqua communi lava, quamdiu haec colore flavo tingitur. Aqua deinde effusa resinam in balneo aquae eo usque exsicca, donec frigefacta fragilitatem habeat.

— *Vis:* purgans, drastica.

Sit resina fracturæ vitreæ splendentis, coloris luteo-grisei, siccâ fragilissima, in Spiritu Vini forti et debili solubilis, Naphtha Vitrioli non solubilis; hanc vero colore luteo saepe tingeit, quod vitio non vertatur. Prunis inspersa odorem spargat nec terebinthinaeum nec aloeticum sed Jalappæ peculiarem.

*Usus:* in obstructione alvi habituali, hypochondriasi.

De paranda Resina Jalappæ pauca animadvertenda. Ante omnia in mente versetur, Resinam Jalappæ in Spiritu Vini

debili et partes centesimas voluminis Alcoholis 45—50 contine esse persolubilem. Ergo Spiritus Vini rectificatissimus merus evitandus. Fibra lignosa Radicis sit bene tumida et laxata, ut Spiritus eam penetret; hoc Spiritu tenui efficitur, ex quo fit ut Spiritus tenuis majorem resinæ copiam extrahat, quam Spiritus fortissimus.

Radicem ante extractionem cum Aqua lavare conductit si resinam maxime decolorem vis obtinere; at in coloris jactura pro virtute medica nil positum est, quare lavationem aquosam supervacançam duxi. Majorem resinæ vim lixiviatione prævia cum Aqua obtineri dicunt; hoc quidem cedit, si comparationem habes cum extractione Spiritus Vini rectificatissimi, sed minorem copiam edit, si cum nostra methodo comparabis, quod experimentis probatum habeo. Fibra enim lignosa, si aqua addita bene intumuit omnem resinam extrahi sinet. Ergo permittatur Aquam prius puram Radici accedere, tum Spiritus Vini rectificatissimi par volumen, et procedere sicuti præcepimus. Non inconcinnum est Spiritum Frumenti crudum absque aqua addita ad extractionem adhibere.

#### RESINA JALAPPÆ PRAEPARATA.

Ph. Bor. ed. 5.: Rec. Resina Jalappæ triæ, Amygdal. dulc. exort, et contusarum <sup>aa</sup> part. aeq., intime misceantur.

RESINA LIGNI GUAJACI vid. Extractum Ligni Guajaci spirituosum (p. 407).

RESINO - EXTRACTIVUM CHINÆ vid. Extractum Chinæ spirituosum.

#### RESINOIDUM IREOS SOUBEIRAN.

Pulvis Radicis Ireos Florentinae cum Naphtha Vitrioli maceretur, exprimatur puls, Naphtha destillatione elicitur, et residuum servetur pro aromate. Pars una resinoidi aequiparatur partibus 24 Radicis totae.

RESOLVENS RICHARDI vid. Fändans RICHARDI (p. 442).

RHUSMA BOETTGERI, Depilatorium BOETTGERI. Böttger's Enthaarungsmittel. *Depilatoire de Böttger.*

Rec. Calcariae ustæ q. v., adde Aquæ communis q. s. ut Calcaria in pultem tenuem dilabatur. In hanc pultem torrens gas hydrothionici, e ferro sulphurato et Acido muriatico crudo diluto extricatum, transducatur, quantum fieri potest inter strenuam agitationem pulvis calcareæ, donec haec colorē griso-coeruleam induerit. Serva in vasis bene obturatis. Pro usu magmatis stratum tenuë ope cultri in cutem depilandam illinitur et post quinque vel octo sexagesima horae pili ope cultri obtusi obraduntur, qua in operatione vis chemica Rhusmatis non vi mechanica abradendi promoveatur, sed pili tota corro-

sio exspectetur. Usus medicus in depilanda cute pro emplastris imponendis ubi rasio non bene cedit vel perhorrescit a foemini.

**ROOB, ROB, Muf,** *Rob*, dicitur succus baccarum vel fructuum absque fermentatione in mellis consistentiam evaporo-rando redactus. Saepe Sacchari aliquantulum additur, ut diutius conservetur.

**ROOB ACACIAE GERMANICAЕ vid. Roob Prunorum silvestrium.**

**ROOB ANTISCORBUTICUM.**

Rec. Succi Cochleariae Libr. duas, Plantar. amara. Unc. duas, coque ad Libr. unius remanentiam, cola, adde Mellis et Sacchari aa Libr. unam, coque ad Roob consistentiam.

**ROOB ANTISCORBUTICUM MERCURIALE.** Adde formulas antecedenti Mercurii sublimat. corros. Gran. octo.

**ROOB ANTISYPHILITICUM LAF- FECTEUR,** Syrupus Sarsaparillae compositus. *Laffecteur's antisyphili- sches Muf.* *Rob de Laffecteur.*

Rec. Tisanac *Laffeet*. Unc. decem, Sacchar. albi Unc. duodevinti, coque in Syrupi consistentiam. Ph. Slesv.-Hols.: Rad. Sarsaparill. Libr. duas et Unc. octo, Ligni Guajaci Unc. octo, decoque ter cum Aq. comm. suff. quantitate, in tertia coccione sub finem adde Fol. Sennae, Hb. Boragin., Rosar. rubr. aa Unc. duas, liquores colatos et commixtos evapora ad remanentiam Libr. trium et Unc quatuor, tum adde Mell. albi, Sacch. albi aa Libr. duas, inspissa ad consistentiam roob ita ut pondus sit circiter Libr. quinque et Unc decem.

† **ROOB BELLADONNAE.** *Tollfirschenmuf.* *Rob de Belladonne.*

Ph. Gall. 1837: Succum expressum et non fermentatum Baccarum maturarum Belladonae in balneo aquae ad mellis densioris spissitudinem evaporando redige.

**ROOB BERBERUM,** Apochylisma Berberum, s. de Berberidibus. *Berberiess- muf.* *Rob d'épine-vinette.*

Ph. Wirt., Disp. Brunsv.: Rec. Succi Berberum depurati Libr. quatuor, Sacch. albi Libr. unam, coque in vase sigillino vitreato ad mellis consistentiam. Ph. Ross.: Succi Libr. sex, Sacchari Libr. unam. Disp. Lipp. Succum absque Saccharo rite inspissari vult.

**ROOB CERASORUM s. de Cerasis.** *Rit- schenmuf.* *Rob de Cerises.*

Ph. Wirt., Disp. Brunsv.: Rec. Cerasorum maturorum quantum vis, nucleis ex- emis contunde, sepone per tres dies, et suc- cum expressum, addita quarta sui ponderis parte Sacchari albi ad consistentiam mellis in- spissa.

**ROOB CYDONIORUM,** *Diacydonium simplex.* *Quittenmuf.* *Rob de Coings.*

Ph. Wirt., Brunsv.: Rec. Succi Cydo- niorum depurati Libr. sex, Sacchari albi Libr. unam, coque ad mellis consistentiam.

**ROOB CYNOSBATI.** *Hagebuttenmuf.* *Rob de Gratte-Cul.*

Ph. Wirt.: Rec. Pulpas fructuum Cynos- bati maturorum Libr. tres, Sacch. albi Libr. duas, evaporent leni igne ad justam consisten- tiā.

**ROOB DAUCI** vid. Succus Dauci inspi- satus.

**ROOB DIACARYON** vid. Roob Nucum Juglandum.

**ROOB DIAMORUM** vid. Roob Mororum.

**ROOB EBULI,** *Roob Sambuci rubrae.* *Attichmuf.* *Rob d'Hieble.*

Ph. Wirt., Brunsv., Ful., Palat.: Rec. Succi Baccarum Ebuli expressi Libr. sex, Sacchari albi Libr. unam, coque igne moderato ad mellis consistentiam. Ph. Ba- var.: Baccar. Ebuli recent. part. unam, Aquae comm. q.s. ut adustio prohibeat, coque donec baccarum pelles rumpantur, exprime succum, adde Sacchari partem sedecimam, et inspissa ad pulpa consi- stentiam. Ph. Austr. 1834: Succi ex- pressi Libr. novem, Sacchari albi Libr. unam, evaporent ad roob consistentiam.

**ROOB FRAGARIAE** = *Gelatina Fragariae* (p. 451).

**ROOB JUGLANDIS** = Roob Nucum Jug- landum.

**ROOB JUNIPERI.** *Wachhol- dermuf.* *Rob de Genève.*

*Synon.:* Extractum Juniperi, s. Baccarum Juniperi, Succus Juniperi inspissatus. Wachholderextract. Gingividter Wachholder- beeरenjaß. Deutcher Theriac. Armentheriac. *Extrait de Genève, — de baies de Ge- nièvre.*

Rec. Baccarum Juniperi matura- rum, recenter collectarum quan- tum vis; leviter contusis infunde Aquae calidae pondus triplum vel quadruplum; vase obtecto lente frigefacta leviter exprime; succum expressum colatum le- nissimo igne, ebullitionem evi- tans, ad justam pultis densita- tem consume. In vasis bene obturatis loco frigido serva. —

**Vis:** diuretica, stomachica, diaphoretica.

Sit e nigrescenti fuscum, in aqua solutione turbida solubile, ab empyreum liberum, saporis quodammodo juniperini, dulcis, denique amaricantis.

**Usus:** in urinae secretione diminuta, hydope.

Ph. Bor. ed. 2 et 5, Genev., Hann., Hass., Lipp., Oldenb., Ross. cast., Saxon. 1820, Slesv.-Hols. Baccae Juniperi maturae recenter collectae et coquantur cum Aqua fontana donec mollescant tum modice exprimantur. Liquor expressus subsidendo et colando depuratus primo leni calore deinde in balneo aquae ad mellis consistentiam inspissetur. Ph. Bavar., Hisp., Parm., Sard., Saxon. 1837, infusione aquae servidae parari proponunt — Ph. Gall. 1818 et 1837 aquae tepidae gradum triginta circa pondere triplo vel quadruplo bis extrahi praecipiunt. Ph. Polon., Fenn. atque Ferrar. quoque macerationem, ebullitione omnino evitata, commendant. SWEDILUR residuum a destillationi Spiritus Juniperi clarificari et inspissari prave commendat. VAN MONS addito Fermento Cerevisiae fermentationem primum fieri, tum succum exprimi et consumi docet. Ph. Austr. 1820, Bat., Belg., Dan., Hamb. paup., Palat., Herbipl. Baccas coctione in pulmam redige, quam per cibrum setaceum trahice. Succi expressi Libris quaternis adde Sacchari albi Libr. unam et ad mellis consistentiam consume. Disp. Bruns v., Ful d., Ross., Wirt. Succi expressi Libris octonis Libram unam Sacchari albi addunt. (Coctione baccarum contusarum nimia resinae copia extrahitur, que aerominium extracto affert. Maceratione baccarum integrarum nimia extracti jactura efficitur. Extractum aqua calida vel tepida ex baccis contusis paratum, nec viribus, nec sapore aliter parati superatur.)

ROOB DE LAFFECTEUR vid. Roob antiphiliticum de LAFFECTEUR.

**ROOB MORORUM.** Roob Diamorum, Succus Mororum inspissatus. Maulbeerensaft. Rob de Mâres.

Ph. Wirt., Bruns v., Dan., Lipp. Rec. Succi Mororum expressi Libr. quatuor, Sacch. albi Libr. unam, coquantur ad mellis consistentiam. Ph. Palat.: Succi Libr. quinque, cet. par. Ph. Sard.: Succi Libr. quinque, Mellis despum. Libr. unam.

**ROOB MYRTILLORUM.** Heidelbeerenmuß. Rob de raisins de bois.

Disp. Ful d., Lipp. Rec. Baccaes Myrtillorum q. v., contunde in mortario mar-

moreo, sepone per aliquot dies in cella, tum succum per linteum exprime. Hujus succi Libris quaternis adde Sacchari albi Libr. unam, et cauta evaporatione ad mellis consistentiam redige.

**ROOB NUCUM JUGLANDIUM,** s. Roob Nucum. Wallnussmuß. Roob de Noix.

Disp. Bruns v., Ph. Wirt.: Rec. Nucum Jugland. immaturarum, circa festum Joannis Baptista collectarum, q. l., contunde, succum exprime. Hujus Succi et Mellis despumati aa Libr. una ad pastae consistentiam redigantur. Disp. Ful d.: Nuc. jugland. contus. Libr. unam coque cum Aq. commun. Libr. duabus, exprime, adde Mellis despumat. pondus aequale juste evaporent. Ph. Austr. 1820, Pal., Herbipl.: Rec. Succi expressi Libr. duas, Mellis despumati Libr. unam, inter coctionem spumam adime, tnm balneo aquae ad justam Roob consistentiam redige. Ph. Slesv.-Hols.: E nucleus immaturis in mortario lapideo contusis exprime succum, quem cum Mellis despumati pari pondere in lebete stanneo ad consistentiam mellis inspissa, sub finem addendo pro quavis Libra Succi Cinnamomi Drachm. duas.

**Vis:** resolvens, mundificans, leviter adstringens. Conf. Extr. Juglandis Nucum (p. 405).

**ROOB OXYCOCCI.** Moosbeerensaft. Roob de Canneberge des marais.

Ph. Ross.: Succi expressi Baccarum Vaccini Oxycocci Libr. sex, et Sacchari albi Libr. una simul ad roob consistentiam evaporent.

ROOB PRUNORUM vid. Pulpia Prunorum.

**ROOB PRUNORUM SILVESTRIUM.** Schlehenmuß. Rob de Prunelles.

Rec. Fructus Pruni silvestris q. v., contunde in mortario et succum exprime, hunc addita quarta sui ponderis parte Sacchari albi in Roob consistentiam redige.

**ROOB PURIFICANS AMARUM DEVERGIE.**

Rec. Rad. Bardan., — Lapath., Hb. Sapon., Lign. Gusjac. aa Libr. duas, Fol. Senn. Unc. octo, Mellis, Sacch. alb. aa Libr. decem, Aq. commun. Libr. triginta, f. l. a. roob

ROOB RIBIUM vid. Gelatina Ribi (p. 454).

**ROOB RIBIUM NIGRORUM.** Schwarzs Johannibeerensaft.

Disp. Lip p.: Baccae Ribi nigrorum contusae per duos dies in cellam seponantur. tum succus exprimatur, per subsidentiam et colationem per pannum laneum depuratur, et addita quarta parte Sacchari albi in roob consistentiam evaporet.

ROOB ROSE CANINÆ vid. Roob Cynosbat.

ROOB RUBI IDÆI vid. Gelatina Rubi Idæi (p. 454).

**ROOB SAMBUCI.** Hollunderbeerennuß. *Rob de Sureau.*

Synon.: Succus Sambuci inspissatus et depuratus, Roob Baccarum Sambuci sine Saccharo et cum Saccharo. Pulpa Sambuci. Bliebnernuß, Hollundernuß. *Extrait de baies de sureau.*

Rec Baccas maturas Sambuci nigrae contunde in mortario lapideo ope pistilli lignei, Succum preli ope ex sacculo linteo exprime, sepone ut faeces subsidunt per dies aliquot, tum cola.

Hujus Succi Libris sedecim adde

Sacchari albi Libram unam, et leni calore ad Roob consistentiam inspissa.

*Vis:* diaphoretica.

Sit pulpa coloris intense rubri vel fuscii, in aqua solutione parum turbida e nigrescenti-fusca solubilis, saporis dulcis aciduli, sambucini. Cuprum ne contineat, quod facillime ope spathulae ferreae immersae exploratur.

*Usus:* in refrigerio.

Cum formula superiore convenientur Ph. Bav. Slesv.-Hols., Lipp., Hass., Oldenb., Polon., Saxon. 1837, Bor. ed. 3. Succi Libras quinque et unam Sacchari vult Ph. Edinb., Succi Libr. quatuor Ph. Dan., Disp. Fuld., Succi Libr. sex Disp. Brunsv., Ph. Ross., Wirt., Succi Libras novem Ph. Austr. praecepit. Ph. Bor. ed. 5, hac in re non bene consulta, praecepit Succum Sambuci crudum iterum Aqua solvi, post decanthationem colari, ad syrapi consistentiam evaporare, et partem sedecimam Sacchari albi (pro ratione Succi crudi) addi. Minime enim probandum est medicamenta ex culina rustica coemi et repurgatione tantum ad usum medicum adaptari. Pharmacopola ipse Succum Sambuci inspissatum et non quidem crudum, sed purum statim ab ovo praeparet. Ph. Dubl., Gall. 1818 et 1837, Genav., Lipp., Sard. Succum absque Saccharo admixto in roob formam insipisci volunt.

**ROOB SAMBUCI DEPURATUM** Ph. Bor. ed. 5. vid. vocem antecedentem.

**ROOB SORBI AUCUPARIAE.** Bogelbeerenuß. *Rob de Sorbes.*

Disp. Fuld., Lipp.: Baccæ Sorbi aucupariae in mortario contusae, coquantur, ad-

dita aqua ut pollicem supereminat, per horam dimidiā, tum exprimantur. et succus expressus ad roob consistentiam evaporet.

**ROOB SPINAЕ CERVINAE** s. Rhamni. Kreuzbeerennuß. *Rob de Nerprun.*

Ph. Gall. 1837: Rec. Baccas Rhamni cathartici contunde et sepone in locum separatum ut fermentationem subeant, tum exprime et leni calore ad roob consistentiam fac evaporare. Ph. Austr. 1834: Succi expressi Libr. novem, Sacchari albi Libr. unam, redige evaporando ad roob consistentiam.

**ROOB TONICUM ET ANTI PERIODICUM** PIERQUIN.

Rec Cort. Citri, — Aurant. — Unc. unam et semis, Infus. Fol. Ulmariae Libr. semis, Aq. Naphae Unc. unam, contunde, cola, adde Chinæ Drachm. duas, Syr. Cort. Aurant. Unc. duas.

**ROOB UVARUM,** Sapa Uvarum. Traubennuß. *Rob de raisins.*

Succus uvarum expressus, qui mustum (Wohl) audit, leni calore ad roob consistentiam evaporet.

**ROOB VITIS IDAEAE.** Preißelbeerennuß. *Rob de Canneberge ponctuée.*

Disp. Fuld.: Succus expressus baccarum Vitis Idaea cum quadrante Sacchari albi ad roob consistentiam evaporet. Disp. Lipp. absque Saccharo.

**ROTULÆ,** Synon. Trochisci, Pastilli, Tabellæ, Zeltichen, Kugelschen, Rädchen, Pastilles, Tablettes, Trochisques, vide Pastilli et Trochisci; omnia de Rotulis valent, quac de illis dicta sunt. Rotula diminutiva vox est a rota derivata et rotam parvam a similitudine formae significat; ergo idem est latine, quod greco τροχίσκος dicitur.

**RUBRUM HISPANICUM** vid. Carthanium (p. 151).

**SABADILLINUM** vid. Veratrinum.

**SACCOLUS OPHTHALMICUS** CHELI.

Chelius Augensädchen.

Rec. Flor. Chamom., — Sambuc. — Unc. unam, Farin. Fabar. Unc. semis.

**SACCOLUS RESOLVENS** SOUBEIRAN.

Rec. Sal. Ammon. pulv., Calcar. ustae extinctæ — par pondus, mixta condantur inter strata duo gossypii, quae omnia sacculo gossypino suscipiantur.

**SACCHARUM ALUMINATUM** s. Aluminis Ph. Bor. ed. 5.

Rec. Sacchar. albi, Alumin. pulv. — par pondus.